



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

19. Quinam dicantur casus occulti, in quibus Episcopus vigore Concilij
valeat dispensare? Et an possit Episcopus dispensare, quando delictum
non est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tribus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

Quoad Absol.& dispensf.&c. Resol.XIX. 307.

Ad hoc dubium respondet Arriaga in *Curia Theologica, tom. 4. dispu. 28. de legi-*
propria facilius, num. 14. vbi sic ait: Maior est difficultas
a veritate, quam a dubio, quando Pontifex concedit Episcopis potestatem ve-
rero, & non solum, ut dicunt, dispensare cum suis subditis in legibus ipsius Pontifi-
cis, an etiam rite concedat eis potestatem, vt
Nam Episcopus cum penderet ex voluntate Pontificis concedentis
potest, cum facultatem: nam si ille eam limitat ad solos sub-
ditos, excludendo ipsum Episcopum (vt sine dubio
potest, ex parte potest) tunc non poterit Episcopus secum dispen-
sare; si vero eam restriictionem non ponat, in-
tellegitur eam concedere. Dices, semper ponit eam
restriictionem; nam Papa non dat Episcopo potestam
dispensandi cum omnibus, sed cum subditis: eri-
go pro illud verbum excludit semper ipsum Episco-
pum. Respondio, eam exclusionem non esse, vt
Episcopus non possit secum dispense, sed vt alij
aliorum Episcoporum subditi non includantur; unde
in eo casu, si alia maior exclusio non fiat, non cen-
serem excludi ipsum Episcopum; quia non conser-
nunt Pontifices vel illi in hoc puncto minorem fauori-
mum facere, quam facit oubus illius. Dices: ergo si
Episcopibus habeat a Papa potestatem dispensandi in
irregularitate, & homicidio v.g. & ipse occidat ali-
quem, poterit secum dispensare: id quod videtur
valde durum. Respondeo, eam potestatem dispensandi
in familiis casibus raro concedi generaliter
Episcopo: quod si concedatur, quia ea irregularitas
supponit culpam, & grauem, crediderim non intelli-
gendi concilium Episcopo, vt seipsum ab ea liberet,
licet in alia materiis, que culpam non supponunt,
v.g. in lege Iejunii, &c. si datur ei licentia dispensandi
cum suis subditis dicti data, & di dispensandi secum.
Ratio dispositi inter utrumque casum quod potest-
at etiam quod quando supponitur crimen, ob
quod incurrit irregularitas, per magni interest ad
dispensationem concedendam cognitionis eius delicti,
ac iudicium de illo; id quod ad Superiorum spectat;
id quoque agendum non fuit vt ipse sibi posset eam pa-
cam auferre: unde nisi verba expresse id dicant, non
potest presumi a Pontifice concessa illi talis potestas,
vt ubi ipse irregularitatem eam auferret: at quando
dispensatione sit in alia lege, que nullam supponit
culpam, non est fundamentum nullum virgens, cur
non possit illi committi ius dispensandi secum, sicut
committitur cum aliis. Hæc Arriaga.

2. Sed Vir sapientissimus, & amicissimus, in hoc
scrupulose videtur loqui; & id est puto in tali cau-
*so Episcopum secum dispensare. Dico itaque ab-
solute, Episcopos, ceterosque Prælatos posse secum
*dispensare in lege Superioris, & in votis, aut iura-
mentis se factis sicut possunt cum suis subditis, nisi
*expesse prohibeatur. De censuris autem alteris de-
*cendendo existimo; si enim censura aliqua ligatus sit:****

v.g. Excommunicatione, suspensione, aut interdi-
ctio, non posset, nisi medio Sacerdote a se electo
abstinent; quia hæc tolli non possunt nisi absolutio-
*ne, & abolitione est quedam sententia, quam in se-
ipsum quis exercere non potest. De irregularitate, de-
*positione, & qualibet alia in habilitate maior est du-
bitatio, an possit secum dispensationem facere: Et
quidem si per sententiam contraxerit, certum est
*quod non posse illam a se immedieat, & direxte nec me-
re aliquo a se electo tollere; quia illam tollere non
potest, nisi ex commissione impONENTIS, quam non
est presumendum concedere, alias frustranca esset
causus conditio. Et in hoc sensu verissimum est, non
esse foliæ, cuius est ligata. cap. Cum inferior de
major, & obediens, & ita nouit Basilios de Leon,
ib. 8. cap. 6. num. 9. & cap. 7. num. 17. & satis col-
*ligatum ex cap. At si Clericos de Iudic. cap. 2. de Biga-****

mis. At si poena, & inhabilitas non per sententiam;

sed ipso iure incuratur, credo posse Prælatum secum dispensare, sicut potest cum suis subditis, quia licet per iurisdictionem coæduam ligatus facit, solui tamen potest ex iurisdictione voluntaria, & directa. Item non tam ipse seipsum soluit, quam soluit Superior, qui poenam imposuit, ipse enim potuit Prælat committere vices suas, vt dispense in omnibus poenis, & irregularitatibus tam secum, quam cum libi subditis: ex qua commissione ipse secum dispensat. Et ita docet Castor Palau, tom. I. tractat. 3. disputation. 6. punct. 7. §. 1. num. 4. & 5. Et quidem Doctores absolute controværtunt, an Prælat secum possint dispensare in omnibus, in quibus possum cum subditis, & specialiter nominant irregularitates, vt videtur est apud Sanchez, lib. 8. a. sp. 3. num. 4. Quare solum in cau, quod lex tantum efficit pro Prælatis lata, & poena tantum ipsius imposta, censetur restringendam esse potestatem, vt relatis aliis docet Sanchez dispu. 5.

RESOL. XIX.

Quinam dicantur casus occulti, in quibus Episcopus
vigore Concilij valeat dispensare.

Et an possit Episcopus dispensare, quando delictum
non est publicum, vel notorium, quamvis sit no-
tum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in
maiori parte vicinia, vel Collegi? Ex part. 7.
tract. 2. Ref. 15.

S. I. **A**liqui censent occultum in presenti ma-
Sup. contenta-
teria intelligendum esse secundum termini-
nos iuris, videlicet quod non potest probari. Et ita
Gutierrez in qq. Can. lib. 1. cap. 15. num. 27. Aug.
in floribus part. 1. de Confess. quest. 4. art. 5. diff. 6.
Rodriguez in Bull. Cruci. § 9. num. 69. Graffius
in tom. 2. Cons. tit. de Homicidio, cons. 2. Garzias de
Benef. part. 7. cap. 11. num. 46. Armandariz in Ad-
dit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. 1. 7.
Ref. 88. Ver-
um ad me-
dium, vers.
nde. Et
quamvis pro
Commis-
ratio Crucia-
te, in hoc
casu legi tra-
men in tom.
4. tr. 3. Ref.
142. & in
tom. 5. tr. 3.
Ref. 15. §.
Nec valet,
cursim ad
medium,
vers. unde &
in Ref. 6. §.
1. in fine,
vers. quod
est quando,

2. Sed omnino dicendum est occultum in praesenti id quod non est publicum, etiam si ab aliis quibus sciatur. Et ideo Stephanus Daltun. de poesi Episc. cap. 26. num. 3. ex precepto Iuris, & Intriectorum doctrina aliquid occultum dici tripli- citer ait. Primo, illud quod non est sua natura probabile, quia vt tale non cadit sub cognitionem hominis, eiusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus ne Ecclesia iudicat. Secundo, id quod sua quidem natura est probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habet, vt pote coram nomine factum. Tertio, illud quod probari quidem potest, quia notum sed tam paucis, quod neque est vulgaris, neque in iudicium deducit, & num. 9. notat per causus occultos. Sedi Apostolica referatos, vigore Concilij d. cap. 6. Episcoporum iurisdictioni concessos non intelligendos eos, qui primo modo dicuntur occulti sed tantum eos, qui secundo, & tertio modo.

3. Et ita hanc sententiam tenet Nauarrus, Sanchez, Suarez, Fagundez, Azorius, Lessius, Duarus, Alterius, & plures alij, quos citat, & sequitur Bossius de inhibito, scilicet 1. cas. 10. §. 3. num. 26. quibus ego addo Marcellum Vlpe, in Praxi cap. 44. num. 10. Caspensem, in curs. Theol. tom. 2. tract. 25. disputation. 5. scilicet 17. num. 115. Alzedum in Praxi parte 2. cap. 6. num. 10. Marchinum de Sacramento Ordinis, part. 9. diff. 2. Bartholomæum à Ccc 4 Vechis

308. Tract. III. De Potestate Episcoporum,

Veuchi's in *Præf. Novit. disputationis 9. dub. 16. num. 3.*
Trullench. in *Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4.*
num. 8. & nouissimè Ioan. Machadum de *Perf. Confess. tomo 2. lib. 4. parte 6. tractat. 12. docum. 4.*
nam. 1. Et ratio est, quia in d. *cap. 6.* Tridentini,
in facultate dispensandi & absoluendi ibi concessa,
excipiuntur delicta ad forum contentiosum deducta,
ergo non excipiuntur occulta, quæ probari possunt,
si tamen ad forum contentiosum non sunt deducta;
Tum quia occultum in iure plerunque accipitur,
non propterea est improbable, sed propterea contradistin-
gutur à notorio, publico, vel famoso, secundum
Abbatem in *cap. fin. de temp. ordin.* vbi occultum
crimen ad hoc vt quis possit promoueri, appellat il-
lud, quod opponitur notorio, sicut probari possit;
Idem Abbas in *cap. quæstum, de penit. & re- mis.*

Sup. hoc in
Reformacio-
nibus, & §§.
anno pre-
terita.

4. Ex his infestur posse Episcopum virtute Con-
cilij, in d. *cap. 6.* dispensare, quando delictum non
est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tri-
bus, vel quatuor, nec de illo sit fama in maiori par-
te vicinia, vel Collegij, vnde in magna Civitate
quatuor quinq[ue], aut sex videlicet testes, non satis
videtur ad notorium, vt docent Henriquez d. *lib.*
13. cap. 5. §. 2. Sayt. de *cens. lib. 2. cap. 12. num. 19.*
Sanchez d. *cap. 11. num. 19.* quod me citato etiam
notauit Trullench. vbi supra.

R E S O L . X X .

*An Episcopus vigore Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 6.*
de reformatione, possit dispensare in delictis noto-
riis, dummodo non sint deducta ad forum con-
tentiosum?*

*Et explanatur, quando delictum dicatur notorium,
& quando occultum. Ex part. I. tract. 8. & Misc. 8.
Ref. 68.*

Ut melius
dissolvatur
doctrina hu-
ius Ref. lego
proteritam
Ref. & alias
eius primæ
annot.

§. I. **A**ffirmatiuam sententiam (attendas quæso
amicus lector) nouissimè docuit Magister
Ioan. de S. Thoma in 2. 2. q. 64. d. 23. art. 3. vbi
sic ait: Post Concilium Tridentinum habent Epis-
copi potestatem ad dispensandum in irregularitate
homicidij casualis occulti. Hæc conclusio colligitur
ex illo *cap. 6. sess. 24.* vbi conceditur facultas Epis-
copis dispensandi in omnibus suspensionibus, irregu-
laritatibus prouenientibus ex delicto occulto, excepta
irregularitate homicidij voluntarij, & alii deduciunt
ad forum contentiosum: ergo cum ibi solum fiat ex-
ceptio de irregularitate homicidij voluntarij, & de
alii irregularitatibus publicis, ut propter deductis ad
forum contentiosum, inter quas non includuntur ir-
regularitas homicidij casualis occulti: & ex alia parte
conceditur Episcopis facultas dispensandi in omni
alia irregularitate prouenient ex delicto occulto,
cuiusmodi est irregularitas homicidij casualis occul-
ti, manifeste conceditur Episcopis facultas dispen-
sandi in illa.

2. Interrogabis tamen quid nomine delicti occul-
ti intelligentium sit in illa concepcione generali, si
quidem homicidium multipliciter potest esse occul-
tum? Ad hoc respondent aliqui Theologi posse del-
ictum quadrupliciter dici occultum. Primo modo,
quando est merè internum, & nullo modo actu ex-
tero explicatum: sed tamen hoc impertinens est ad
propositum, quia per nullum actuū isto modo inter-
num incurritur irregularitas. Vnde primo modo
dicitur occultum delictum, quando explicatum est
in exteriori actu, non tamen potest iuridicè proba-
ri, quia nullus extat testis, vel ut plurimum est unius
solis testis, nec acceptance maior, nec sunt in-

dicia, nec clamorosa insinuatio. Secundo modo de-
litum dicitur occultum latè, scilicet quādo in iudicio
probari potest duobus, sive tribus testibus: et tamen
occultum, ita ut non sit notorium sive publicum in
populo, vel civitate, vel vico, cuius delinquens
erat pars. Tertiū modo dicitur occultum latiori mo-
do, quando etiam probari possit coram iudice, &
similiter sit notorium in civitate, vel communitate,
adhuc tamen de facto non est deductum ad forum
contentiosum coram iudice, & ita habet esse occul-
tum, quatenus opponitur publico in forensi tri-
bunalis.

3. Dico igitur tertid. In præfato decreto Congr.
Triden. nomine *delicti occulti*, intelligitur delictum
occultum cum omni amplitudine, & latitudine,
etiam ut comprehendat delictum occultum in ultimo
modo latiori assignato. Itaque vniuersaliter intelli-
gitur delictum occultum, omne illud quod non est
deductum ad forum contentiosum, etiam probari
possit iuridicè, & notorium sit in civitate; & ideo
super omni irregularitate proueniente ex illo possunt
Episcopi dispensare: & sic est intelligenda præfens
conclusio. Et quidem ista tercia conclusio probari
non potest sufficienter ex eo, quod cùm concessio
illa sit maximum priuilegium, & favorabile, sub-
inde sit extendenda, quia extenso huiusmodi con-
cessionibus non potest trahi extra proprium genus.
At delictum occultum secundo, & tertio modo
assignato est omnino extra genus occulti, cùm
ex natura sua sit publicum iuridicè. Quocirca legitima
efficacia Probatio nostræ conclusionis defumen-
da est ex verbis Concilij videlicet ex illa exceptione,
qua à ratione delicti occulti solum exigit tanquam
publicum, illud quod de facto deductum est ad for-
um contentiosum, sicut solum exigit irregularita-
tem prouenientem ex homicidio proprie voluntario.
Cùm igitur exceptio firmet regulam in contrarium,
ideo in illa generali cœssione est habenda tanquam
regula generalis, quod omne illud delictum est oc-
cultum de mente Concilij ad hoc propositum, quod
de facto non est deductum ad forum contentiosum.
Hucque Ioann. de S. Thoma, cuius doctrina si
est admittenda plures esent immunes petendi dis-
pensationes ex Romana Curia. Sed pate vi sapien-
tissimi hæc opinio est contra stylum Curiae, contra
praxim omnium Episcoporum & contra communi-
nam sententiam Doctorum, quos ego adduxi, & de
sequitur sum in p. 7. rr. 2. ref. 15. & vsque ad satie-
tatem adducit Barbosa in *diuīnum locum Concilij n. 26.*
& de potestate Episcopi p. 2. alleg. 59. num. 24.
Dico igitur in diuīno loco Concilij accipi delictum
occultum, ut distinguatur contra publicum, & ita
etsi ab aliquibus sciat, & probari possit dici oc-
cultum: at tunc tantum occultum non esse, quando
in ratione delicti est publicum, ut propter quod in maiori
parte vicinia, Collegij, vel Monasterij, vel Paro-
chia cognoscitur, dummodo saltem decem perso-
na inueniantur in ea vicinia, Parochia, Collegio,
vel Monasterio. Vide Hermanum Busenbaum in
Medulla Theol. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 5. num. 2.

R E S O L . X X I .

*An dilectum publicum in uno loco, & occultum in alio
in quo non sit spes, ut publicetur, possit Episcopus
vigore Concilij Tridentini dispensare?*
*Et an possit Episcopus dispensare in irregularitate
proueniente ab excommunicato celebrante, quando
excommunicationis est occulta, quamvis manifesta
sit celebratio. Ex p. 7. rr. 2. Ref. 16.*

§. I. Negat